faciam de urbibus iudae · et de plat
eis hierusalem uocem gaudii et
uocem letitiae · uocem sponsi et
uocem sponsae · in desolatione erit
terra · In tempore illo ait dominus ·
eicient ossa principum eius et ossa
sacerdotum et ossa prophetarum
et ossa eorum qui habitauerunt
hierusalem de sepulchris suis et pan
dent ea ad solem et lunam et
omnem militiam caeli quae dilexerunt
et quibus seruierunt · et post quae am
bulauerunt et quaesierunt · et adoraue
runt · non colligentur et non sepelientur
in sterquilinium · super faciem terrae erunt ·
et eligent magis mortem quam uitam ;
omnes qui residui fuerint de cognatione
hac pessima in uniuersis locis quae de
relicta sunt · ad quae eieci eos dicit dominus
exercituum · xl · u
Et dices ad eos · haec dicit dominus numquid